UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 376.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Eidem. 376.

Panis penuria, fames non eſt: nec veſtiũ inopia, nuditas. Pilifer enim ille Baptiſta, & diuitis ianitor, qui fame ac nuditate contabuit, in ſempiterno ac finis omnis experti regno verſantur & confouentur. Qui autem in ciborum voluptate, ac byſſinis veſtibus diuitiis circunfluebat, gehẽnam habet, ipſiúſque ignẽ pro indumento.

Τῷ αὐτῷ. τοϛ.

Ἡ τοῦ ἄρτου ἔνδεια οὐκ ἔστι λιμὸς, καὶ ἐσθημάτων ἀπορεία, οὐ γυμνότης. ὁ γὰρ τειχοφόρος Βαπτιστὴς, καὶ ὁ τοῦ πλουσίου θυρωρὸς, ὁ πείνῃ καὶ γυμνώσει τακεὶς, εἰς τὴν ἄληκτον καὶ ἀπέραντον ἀναστρέφονται καὶ θάλπονται βασιλείαν. ὁ δὲ πλουτῶν ἐν εὐφροσύνῃ βρωμάτων, καὶ ἐνδύμασι βύσσου, γέενναν ἔχει καὶ τὸ ταύτης πῦρ περιβόλαιον.

Olympio Comiti. 377.

Natura præſtantiorem, atque omnem ſermonis facultatem ſuperantem, partum cuncta ſupra naturam ſecuta ſunt, nimirum Angeli miniſterium, Ioãnis ante natiuitatem officium, ſeminis expers conceptio, partus ab omni labe immunis. His ſimile quoque ad iter Magis præmonſtrandum ſtellæ famulitium habuit, quæ non vſitata via vſa eſt, verùm miro modo nouum curſum tenuit. Ac propterea ſapientes illos Magos, huiuſmodi rerum peritos admiratione perculit, ipſíſque, vt longum iter ſuſciperent, perſuaſit.

Ὀλυμπίῳ κόμητι. τοζ.

Τῷ ὑπερφυεῖ καὶ ἀνεκλαλήτῳ τόκῳ πάντα ὑπερφυῆ ἠκολούθησαν, ἡ τοῦ ἀγγέλου διακονία, ἡ Ἰωάννου πρὸ τῆς γεννήσεως λειτουργία, τὸ ἄσπορον τῆς συλλήψεως· τὸ ἄφθορον τῆς κυήσεως, τούτων ὁμοίαν καὶ τὴν τοῦ ἀστέρος ἔσχηκεν ὑπουργίαν πρὸς τὴν τῶν μάγων ὁδηγίαν, οὐ τῇ συνήθει χρησαμένου πορείᾳ, ἀλλὰ παράδοξον καινοτομήσαντος δρόμον, δι᾽ οὗ καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν τοιούτων ἐπιστήμονας ἐξέπληξε μάγους, πρὸς μακρὰν πείσας στείλασθαι ὁδοιπορείαν.

Eidem. 378.

Hoc quod in diuino libro de ſtella habetur, Veniens ſtetit ſupra vbi erat puer, perſpicuè tibi oſtendet, ſtellam illam, quæ lætum diuini partus nuncium afferebat, iter illud quod aſtris conſuetum atque vſitatum eſt, tenuiſſe. Neque enim altitudinis diſtantia id afferebat, vt facilè inueniri poſſet quod quærebatur: verùm nouus atque inuſitatus curſus, tum antrũ illud, tum dominiferum ac venerandum præſepe, quod in eo ſitum erat, tanquam digito demonſtrabat.

Τῷ αὐτῷ. τοη.

Τὸ ἐν τῇ θείᾳ πτυκτῇ περὶ τοῦ ἀστέρος φερόμενον, Ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον, ἐμφανέστερον ὑποδείξει σοι οὐ τῇ συνήθει τῶν ἄστρων πορείαν ποιησάμενον τὸν εὐαγγελιστὴν τοῦ θείου τόκου ἀστέρα. οὐδὲ γὰρ ἡ τοῦ ὕψους διάστασις, εὐχερῆ ἐποίει τοῦ ζητουμένου τὴν εὕρεσιν. ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ καινοτέραν ἐκείνης, ὡς δακτύλῳ τῷ ἐξηλλαγμένῳ δρόμῳ μηνύουσαν, τό, τε ἅγιον ἄντρον, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ κυριοφόρον καὶ σεβάσμιον φάτνην.

Maroni. 379.

Si diuini gregis es, Scriptura ſacra te doceat ea, quæ in hac vita geruntur, iudicij minimè expertia eſſe, verùm ad horrẽdum examinis diem ſeruari. Si autem Iudaicarũ

Μάρωνι. τοθ.

Εἰ μὲν τῆς θείας τυγχάνεις ἀγέλης, ἡ θεία γραφὴ παιδευέτω σε, μὴ ἄκριτα εἶναι τὰ ἐνταῦθα πραττόμενα, ἀλλ᾽ εἰς ἡμέραν φρικτὴν ἐξετάσεως

φυλατ-